



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XLVII. Relaxatur suspensio facultatis conferendi beneficia in Civitate,  
Patria, & Diœcesi Leodien.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)



Contrariis  
amplissime  
derogat.

scienter, vel ignoranter contigerit attentari de-  
cernimus.

§. 5. Non obstantibus quibusvis Apostolicis,  
ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis  
editis generalibus, vel specialibus Constitutio-  
nibus, & Ordinationibus, necnon dictæ Con-  
gregationis etiam juramento, confirmatione A-  
postolica, vel quavis firmitate alia roboratis sta-  
tutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque,  
indultis, & literis Apostolicis eis in contrarium  
præmissorum quomodolibet concessis, confirma-  
tis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis  
eorum omnium tenores præsentibus pro plene,  
& sufficienter expressis habentes, illis alias in  
suo robore permanens, hac vice dumtaxat spe-  
cialiter, & expresse derogamus, cæterisque con-  
trariis quibuscumque; etiam prædictis Clericis,  
& personis, vel quibusvis aliis communiter, aut  
divisim ab eadem sit Sede indultum, quod in-  
terdici, suspendi, vel excommunicari non pos-  
sint per literas Apostolicas non facientes ple-  
nam, & expressam, ac de verbo ad verbum  
de indulto hujusmodi mentionem.

Publicatio  
hujus Con-  
stitutionis  
quomodo sit  
facienda.

§. 6. Ut autem harum literarum notitia ad  
omnes ipsius Congregationis Clericos facilius  
deveniat, volumus illas pro hac prima vice in  
singulis ejusdem Congregationis Domibus Re-  
gularibus, & deinde in singulo quoque Capitulo  
Generali, seu Dieta dictæ Congregationis pu-  
blice legi, illasque sicut præfertur lectas, om-  
nes arcere, perinde ac si unicuique intimatæ  
fuisent; Illarumque exemplis, etiam impressis  
manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici  
subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis ejus-  
dem Congregationis, vel alterius Personæ in Di-  
gnitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem  
fidem adhiberi, quæ eisdem præsentibus adhi-  
beretur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Edit. 15. Sept.  
1673. An. 4.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem,  
sub Annulo Piscatoris, die 15. Septembris 1673.  
Pontificatus nostri Anno Quarto.

I. G. Sufius.

Reg. in Secret. in lib. Brev. Mensis Septem-  
bris par. 1. fol. 173.

XLVII.

Relaxatio suspensionis facultatis conferendi Be-  
neficia in Civitate, Patria, & Diocesi Leodien.  
cum diversis ordinationibus &c.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto nobis divinitus Apostolicæ ser-  
vitutis munere in eam præcipuè curam  
solicitis studiis incumbimus, ut studiorum Ge-  
neralium Universitates ad fidei Catholicæ præ-  
dium, Christianæque Reipublicæ deus, & utili-  
tatem a Romanis Pontificibus prædecessoribus  
nostris sapienti, salubrique consilio institutæ, ac  
multis privilegiis, gratiis, & Indultis ex eorum  
liberalitate, & munificentia decoratæ, sublatis  
abusibus, stabilitaque æquitatis, atque Justitiæ  
norma, recte, atque ordine dirigantur, debi-  
tamque nobis, & huic Sanctæ Sedi fidem, de-  
votionem, & obedientiam illibate servantes, A-  
postolicæ nostræ charitatis sentiant benignitatem  
& felicioribus in dies benedicente Domino pro-  
ficiant incrementis.

Querelæ ad  
Clem. IX. de-  
late adversus  
Universitatē  
Studii Gene-  
ralis Lova-  
nien.

§. 1. Alias siquidem cum ad notitiam fel.  
rec. Clementis Papæ IX. prædecessoris nostri per-  
venisset, quod Rectores, ac Magistri, Doctores,  
& Scholares, necnon Decani, seu Vicede-  
cani facultatis artium, ac Conservatores Privi-  
legiorum Universitatis studii generalis Oppidi  
Lovaniensis olim Leodien., nunc Mechlinien.

Diocesis à rec. me. Martino Papa V. Prædeces-  
sore pariter nostro erectæ, & institutæ pluri-  
mis ab inde annis privilegiis, facultatibus, gra-  
tiis, & Indultis eidem Universitati tam a dicto  
Martino prædecessore, quam a piæ mem. Paulo  
II., Sixto IV., Leone X., Adriano VI., Cle-  
mente VII., Paulo III., Pio IV., Gregorio  
XIII., ac Paulo V., & forsitan aliis Romanis  
Pontificibus etiam prædecessoribus nostris res-  
pective concessis, & confirmatis abutebantur  
circa nominationes ad Beneficia Ecclesiastica in  
Belgicis ditionibus consistentia, ac Collationes,  
& provisiones ejusmodi Beneficiorum in Civita-  
te, Patria, & Diocesi Leodien. sitorum, nec-  
non exercitium Jurisdictionis præfatis Conser-  
vatoribus per privilegia hujusmodi attributæ,  
quippe qui ad Beneficia Ecclesiastica valorem  
annuum centum ducatorum auri de Camera  
excedentia nominare, ac nominationes hujus-  
modi Sedibus Episcopalibus, & Archiepiscopali-  
bus, ac Præaturis collatorum Ordinariorum  
vacantibus facere, & plura Beneficia incompati-  
bilia eisdem Personis conferre, seu eas ad illa  
nominare, quinimo Beneficia Ecclesiastica, de  
quibus per Coadjutorias cum futura successio-  
ne ab hac Sancta Sede provifum fuerat, con-  
ferre pariter, seu ad illa nominare, alioque  
similes excessus privilegiorum, facultatum, gra-  
tiarum, & Indultorum prædictorum dispositio-  
ni plane contrarios committere, & Conserva-  
tores prædicti, de Causis non solum in quibus  
ageretur, an Beneficia in mensibus Apostolicis,  
vel Ordinariorum, an vero in illis, qui dictæ  
Universitati concessi sunt, vacavissent, sed etiam  
ubi tractaretur, utrum Beneficia hujusmodi  
ejusdem Apostolicæ Sedis dispositioni aliter  
quam ratione vacationis in Mense Apostolico  
reservata, seu affecta essent, nec ne, cognosce-  
re præsumpsissent, tamen nihil horum eis ex  
privilegiorum, facultatum, gratiarum, & In-  
dultorum hujusmodi tenore permissum, sed  
hec omnia nulla penitus, ac invalida, & atten-  
tata existerent.

Abusus ejus-  
dem Univer-  
sitatis privi-  
legiorum Apo-  
stolicorum,  
circa nomi-  
nationes ad  
beneficia Ec-  
clesiastica, &  
exercitium  
Jurisdictionis  
illius Conser-  
vatoribus attri-  
butæ.

§. 2. Et quod Sedis Apostolicæ dignitatem,  
auctoritatemque magis lædebat, citationes, in-  
hibitiones, monitiones, mandata, sententias,  
& decreta, ac incurfus excommunicationis,  
aliarumque censurarum declarationes etiam ag-  
gravatorias, & reagravatorias in eos propter  
excessus hujusmodi, ac ab ipsis respective pro-  
vifos a Sacri Palatii Auditorio legitime emana-  
tas, & emanata nulliter, & de facto cassare,  
& annullare, ac tam provifos a Sede prædic-  
ta, quam Capitula Ecclesiarum, aliasque Per-  
sonas Ecclesiasticas huic Sanctæ Sedi devotas,  
& ipsius Sedis, ejusque Delegatorum Auditorii  
prædicti mandatis, ut par est, obsequentes,  
arrestis, sequestrationibus, & detentionibus  
fructuum, & reddituum Ecclesiasticorum,  
aliisque modis hujusmodi perturbare, & in-  
quietare ausi fuissent, & tunc audent: super  
quibus frequentes ad ipsum Clementem IX. præ-  
decessorem, & Sedem prædictam variorum ab  
eadem Sede de Beneficiis Ecclesiasticis, præser-  
tim in Civitate, Patria, & Diocesi Leodien. con-  
sistentibus Provisorum querelæ pervenerant, ei-  
dem Clementi prædecessori supplicantium, ut  
in præmissis de opportuno remedio providere,  
gravibusque scandalis inde nascentibus occurrere  
de benignitate Apostolica dignaretur.

Alii abusus  
lædentes di-  
gnitatem, &  
auctoritatem  
Sedis Apost-  
referuntur.

§. 3. Et ipse quidem Clemens prædecessor  
cum ex debito pastoralis muneris sibi divinitus  
impositi, quo Populorum quieti, quantum sibi  
ex alto concedebatur, consulere, suaque, &  
dictæ Sedis jura tueri adstringebatur, præ-  
ces tam justas negligere, excessusque prædictos  
dissimulare non valeret, pro singulari pater-  
næ suæ erga Universitatem prædictam, quam  
memorati Romani Pontifices ejus prædecessores,

Ad tollen-  
dos dictos  
abusus Cle-  
mens IX.  
primum cum  
d. Universita-  
te omnes sua-  
viores, beni-  
gnioresque  
vias tentavit.



ut illam, ejusque Scholares, & personas ad fac-  
crarum, aliarumque bonarum literarum studia  
excitarent, illorumque devotionem, & reve-  
rentiam erga hanc Sanctam Sedem forent, tot,  
tantisque, & tam luculentis privilegiis, atque  
prærogativis decorarent, charitatis affectu,  
omnes suaviores; benignioresque vias tentave-  
rat, operamque sedulo dederat, tum paternis  
admonitionibus, tum personarum doctrina, &  
morum gravitate spectabilem, dictæque Uni-  
versitati benevolam in sinuacionibus, injecta  
quoque aliqua spe novarum gratiarum, ac etiam  
justæ ejus indignationis timore suaviter suggesto,  
ut res omnes coram dilecto filio Carolo Anto-  
nio Airoldo Abbate Ecclesiæ S. Abundii dictæ Sedis  
in Belgicis Ditionibus Internuncio in id, quod  
æquum esset redigeretur.

§. 4. Verum hæc omnia incassum ceciderant:  
hinc licet ex Sacrorum Canonum præscripto  
privilegia amittere meruissent, eo quod concessa  
sibi facultate fuerant abusi; ipse tamen Cle-  
mens prædecessor paternæ suæ benignitatis me-  
mor, & penitentiam locum relinquere volens, ac  
mitius agendo, Motu proprio, ac ex certa scien-  
tia, & matura deliberatione suis, deque Apo-  
stolicæ potestatis plenitudine, jus, & faculta-  
tem, ac Indultum conferendi Beneficia cum cu-  
ra, & sine cura, Sæcularia in titulum Cleri-  
cis Sæcularibus conferri, & per Clericos Sæcu-  
lares regi, & gubernari solita in Civitate, Pa-  
tria, & Diocesi Leodien. consistentia, & pro  
tempore pro obitum dumtaxat in certis tunc ex-  
pressis mensibus vacantia, etiam si Canonicatus,  
& Præbendæ, Personatus, administrationes, &  
Dignitates cujuscumque qualitatibus, & valoris  
essent, exceptis certis itidem tunc expressis Be-  
neficiis à prædicto Paulo V. prædecessore per  
suas sub Plumbo Kalendis Decembris anno In-  
carnationis Dominicæ 1616. desuper expeditas  
literas, Decano, seu Vicedecano prædictæ fa-  
cultatis Artium sub certis modo, & forma tunc  
expressis loco juris, seu facultatis nominandi,  
quod, seu quam idem Paulus Prædecessor per  
dictas literas perpetuo abrogavit, itidem perpe-  
tuo concessum, seu concessam ad suum, & Sedis  
Apostolicæ beneplacitum suspendit, ac suspen-  
sum, & suspensam esse, & fore decrevit, &  
declaravit.

§. 5. Decernens pariter quascumque colla-  
tiones, & provisiones Canonicatum, & Præ-  
bendarum, Personatum, administrationum, &  
Dignitatum, aliorumque Beneficiorum Ecclesia-  
sticorum cum cura, & sine cura in Civitate,  
Patria, & Diocesi Leodien. consistentium præ-  
dictorum pro tempore vacantium, & de illis  
provisorum in illorum possessionem, immision-  
nes, ac etiam nominationes ad eadem Benefi-  
cia prætextu abrogati, ut præfertur, juris no-  
minandi, si quas suspensione hujusmodi durante  
foran à pro tempore existente Decano, seu Vice-  
decano dictæ facultatis Artium, etiam de con-  
sensu Receptoris, & Procuratorum quatuor Na-  
tionum ejusdem facultatis, seu majoris partis  
eorum, aut alias quomodolibet, seu ab aliis qui-  
busvis personis dictæ Universitatis tam conjun-  
ctim, quam divisim, & alias quomodocumque,  
& qualitercumque fieri contingeret, nullas pro-  
fus, ac irritas, inanes, & invalidas, nulliusque  
roboris, & momenti, ac viribus, & effectu pen-  
itus, & omnino vacuas fore, nec cuiquam ti-  
tulum etiam coloratum, aut possidendi, vel detinendi  
Causam ullatenus tribuere.

§. 6. Citationes quoque, monitiones, man-  
data, Decreta, Processus, Sententias, Censura-  
rum fulminationes, auxilii brachii sæcularis in-  
vocationes, & acta judicialia, & extrajudicialia  
quæcumque, si que à Conservatoribus prædictis,  
vel aliis Judicibus quibuscumque, seu eorum ali-  
quo ad instantiam eorum, quibus Beneficia hu-

jusmodi, suspensione prædicta durante de facto  
collata essent, seu alias quomodolibet pro tuen-  
dis, seu ad effectum deducendis hujusmodi Colla-  
tionibus, seu provisionibus fieri, mandari, de-  
cerni, relaxari, ferri, vel pronuciari contin-  
geret cum omnibus, & singulis inde forsan quo-  
modolibet fecuturis, nulla pariter, ac invali-  
da, irrita, inania de facto, præsumpta, ac pro-  
fus attentata, & vitiosa fore, neminemque pro-  
fus arctare, vel afficere, sed nullatenus atten-  
denda fore, & esse.

§. 7. Collationem vero omnium, & singulo-  
rum Beneficiorum in Civitate, Patria, & Dice-  
cesi Leodien. prædictis consistentium hujusmodi,  
quæ in mensibus memoratæ Universitati, seu  
facultati Artium, ut præfertur concessis, du-  
rante suspensione hujusmodi vacarent, ad se,  
& hanc S. Sedem spectare, & pertinere, nec  
quemquam etiam vigore cujuscumque Indulti ab  
ipso Clemente prædecessore, & Sede prædicta  
concessi desuper quidquam prætere, aut se  
intromittere posse, cum diversis aliis decretis,  
clausulis, & derogationibus amplissimis, & alias  
prout in ejusdem Clementis prædecessoris literis  
desuper in simili forma Brevis die 13. Septem-  
bris 1669. expeditis, quarum tenorem præsen-  
tibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de  
verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberi-  
us continetur.

§. 8. Cum autem sicut pro parte dilectorum  
filiorum Rectoris, ac Magistrorum, Doctorum,  
& Scholarium, necnon Decani, seu Vicedecani,  
aliarumque Personarum prædictarum respective  
Universitatis, & facultatis Artium nobis exposi-  
tum fuit, ipsis prædictis Clementis prædecessoris  
literis humiliter acquiescendo, à collatione Be-  
neficiorum prædictorum, quæ suspensione pen-  
dente hujusmodi durante in mensibus dictæ fa-  
cultatis Artium, sicut præmittitur assignatis vaca-  
verunt, & à nobis collata fuerint, abstinuerint,  
& à prædictis, aliisve quibusvis abusibus omni-  
no recedere, ac nostris, & Apostolicæ Sedis  
mandatis, sicut devotos Ecclesiæ filios, sincerof-  
que Sedis ejusdem cultores decet, in omnibus,  
& per omnia prompto obsequio morem gerere  
parati sint; nec quidquam ardentioribus votis  
desiderent, quam dictæ Sedis gratiam religiofa  
observantia demereri, ac palam omnibus facere  
se à prisca dictæ Universitatis, ex qua tot egre-  
gii Catholicæ Fidei propugnatores, ac Divino-  
rum eloquiorum Tractatores, alique insignes in  
omni scientiarum genere viri prodire, in eam-  
dem Sedem Apostolicam fide, devotione, & re-  
verentia minime deservisse; quo vero certa, con-  
gruensque in præmissis norma à suprema æquita-  
te nostra eo celeriori posset maturitate statui,  
quo de plerisque non ita notis facti circumstantiis  
major notitia haberetur, ipsi Exponentes multa  
nobis tam per Scripturas eorum nomine ad hanc  
Sanctam Sedem per memoratum Carolum Anto-  
nium Internuncium transmissas, tum per eorum  
Deputatos, sive negotiorum gestores insinuari  
curaverint, enixe, humiliterque nobis supplican-  
tes, ut suspensionem prædictam relaxare de be-  
nignitate Apostolica dignaremur.

§. 9. Nos rem omnem nonnullis ex Venera-  
bilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, ac  
dilectis filiis Romanæ Curie Prælati Viris Sa-  
pientia, prudentia, æquitate, ac Sacrorum Can-  
onum peritia eximie præstantibus mature, di-  
ligenterque discutendam, ac Nobis referendam  
commisimus, qui mandatum Nostrum fideliter  
exequentes, habitis inter se multis congressibus,  
negotium totum, & quidquid eo pertinere vi-  
debatur, omni studio, atque industria discuf-  
serunt, & quid desuper statuendum videretur,  
Nobis retulerunt.

§. 10. Audita igitur, & approbata per Nos  
eorum relatione; pro peculiari nostro erga Uni-

la, prout in  
rub.

Collationem  
omnium be-  
neficiorum in  
Mensibus d.  
Universitati  
concessis du-  
rante hac sus-  
pensione va-  
cantium S.  
Sedi refer-  
vavit.

D. Universi-  
tas durante  
hac suspen-  
sione se absti-  
nit à colla-  
tione dd. be-  
neficiorum,  
& paratam se  
exhibet ad  
& aliis qui-  
busvis abusi-  
bus recedere.

Supplicat  
Pontifici ut d.  
suspensionem  
relaxet.

Pontifex rem  
totam discuti-  
endam com-  
mittit S. R. E.  
nonnullis  
Cardinali-  
bus, & Præ-  
latis, qui ei-  
dem referunt  
quid desuper  
statuendum  
sit.

Nedum d'ct.  
abusus, sed il-  
lis ansam in

veritatem

Dein motu  
proprio sus-  
pendit eidem  
Universitati  
Jus, & facul-  
tatem confe-  
rendi, ac no-  
minandi ad  
beneficia  
prout in ru-  
brica.

Durante hac  
suspensione  
decrevit irri-  
tas, & nullas  
omnes hujus-  
modi nomi-  
nationes, &  
provisiones  
beneficiorum  
prout in rubr.

Omnia acta  
judicialia ad  
hunc effec-  
tum à Con-  
servatoribus  
d. Universi-  
tatis facta pari-  
ter declaravit  
irrita, & nul-



futura praedicta intendit.

Abolutio Censuris.

Pro expressis habet omnia, & quaecumque privilegia d. Universitatis.

In literis Citorialibus, & Monitorialibus a Conservatoribus Privilegiorum d. Universitatis relaxandis non apponatur clausula per abulum antea apponi solita, prout in rub.

Nec in eis quidquam ad datur, vel exprimitur, quo Jurisdictionis Ecclesiasticae cursus impediatur, differatur, aut perturbetur.

Unicuique liceat quemlibet ex dd. Conservatoribus adire.

Citatus coram aliquo ex dd. Conservatoribus ex iusta causa potest illum recusare, & alium adire, prout in rubrica.

Item & Actorii.

veritatem praedictam affectu, felici, prosperoque illius regimini, & progressui consulere, ac supradictos abusus e medio tollere, illisque anam in futurum praedidit, necnon praedictos Exponentes specialis favore gratia prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac praedictorum, aliorumve quorumlibet privilegiorum, facultatum, gratiarum, & Indulgentiarum eidem Universitati, & facultati Artium, earumque Personis quibuslibet a praefatis, aliisque quibusvis Romanis Pontificibus praedecessoribus Nostri concessorum, literarumque Apostolicarum, tam sub Plumbo, quam in forma Brevis desuper emanatarum, & aliarum quarumlibet scripturarum tam publicarum, quam privatarum tenores, & datas etiam veriores, & alia quaecumque, etiam specificam, & individua mentionem, & expressionem requirientia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertis, & specificatis habentes.

§. 11. Auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus, declaramus, praecipimus, mandamus, statuimus, & ordinamus, ut de cetero perpetuis futuris temporibus in literis citatorialibus, & monitorialibus a Conservatoribus privilegiorum d. Universitatis, seu eorum aliquo contra extraneos, eos scilicet, qui de ipsa Universitate, illiusque Rectori subiecti non sunt, in quacumque materia, tam Ecclesiastica, quam temporali, ac contra ipsius Universitatis Personas Rectoris praedicti Jurisdictioni suppositas in quacumque beneficii, aliaque Ecclesiastica materia respective decernendis, & relaxandis, non apponatur ea clausula per abulum antea apponi solita, qua citato, vel monito mandabatur, ut si quod Jus, vel actionem ad beneficium, vel aliam rem controversam crederet se habere, illud, vel illam coram ipso Conservatore, vel Rectore praedicto proponeret sub poena perpetui silentii, sed Mandatum huiusmodi ad solum Conservatorem restringatur; Nec in praedictis, aliisque literis Judicialibus quibuscumque per eosdem Conservatores, eorumve quemlibet decernendis, & relaxandis quidquam addatur, vel exprimitur, quo Jurisdictionis Ecclesiasticae cursus, appellationumque in Causis ad forum Ecclesiasticum quomodolibet spectantibus ad Sedem Apostolicam, eiusque Delegatos, prout Juris fuerit interponendarum, introducendarum, prosequendarum, & terminandarum, aliorumve quorumvis Juris remedium effectus quovis modo impediatur, aut differri, vel perturbari. Unicuique autem liceat quemlibet ex Conservatoribus praedictis, qui plures per memoratorum Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum literas deputati reperiuntur ad sui libitum adire.

§. 12. Quod si quis coram aliquo ex eisdem Conservatoribus citatus aliquam contra eum habuerit exceptionem, seu causam propter quam ab illo non speret obtinere posse Iustitiae complementum; liceat sic citato ad alium ex eisdem Conservatoribus recurrere, qui causam in statu, & terminis, in quibus reperietur assumere, illamque cum omnibus, & singulis suis incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali audire, cognoscere, & sine debito, prout juris fuerit, terminare possit, & debeat. Si autem Actorii, seu illi, ad cuius instantiam decreta fuerit prima citatio, seu pri-

mum Monitorium relaxatum, aliqua contra Conservatorem a Reo, seu citato, ut praesertim, aditum, competierit legitima exceptio, poterit & ipse illum pariter recusare, ac ad alium ex d. Conservatoribus recursum habere; salvis tamen Reo, seu citato contra hunc quoque Conservatorem suis exceptionibus; ac ea lege Reus, seu primo loco in Iudicium vocatus coram suscepto Iudice litigare nullo modo cogetur.

§. 13. Porro Conservatores ipsi Assessores, Notarios, Actuarios, Apparitores, aliosve quoscumque Iustitiae Ministros sibi ex officio eligant, ac deputent, seu assumant: Nec Universitas praedicta in illorum electione, vel deputatione ullo modo se ingerere de cetero valeat, prout antehac per errorem fecisse memoratur. Ipsi vero Conservatores omnia, & singula, quae in supradictis Pauli V. praedecessoris literis circa eorum Jurisdictionem, illiusque exercitum constituta, & ordinata sunt, exacte, & accurate servent, nec illa quomodolibet excedere audeant; Neque de causis beneficiarum, quibus per Coadjutorias cum futura successione ab hac S. Sede provisum est hactenus, & in futurum quodcumque providebitur, tametsi Beneficia ipsa per obitum in aliquo ex Mensibus praedictae facultati Artium per eandem Pauli V. praedecessoris literas assignatis vacare contigerit, aut ad eadem Beneficia nominatio dictae Universitati, seu facultati Artium, si illis per Coadjutorias huiusmodi provisum non esset, ex dispositione supradictorum Privilegiorum competeret, ullo modo cognoscere, ullumve desuper actum jurisdictionalem facere, vel attentare praesumant.

§. 14. Nec quisquam ullum ex Provisis Apostolicis per Coadjutorias cum futura successione huiusmodi ad Iudicium coram Conservatoribus praedictis trahere, nec quo minus mandata de immittendo, & alia quaecumque etiam executiva per Executores, & Iudices Apostolicos ad eorumdem Provisorum Apostolicorum favorem decernenda, & relaxanda executioni mandentur, quoquo modo impedire, nec ipsi Conservatores, eorumve quilibet in eis aliquo modo, nec cognoscendo, nec impediendo se ingerere possint, sub nullitate omnium actorum, ac censurarum, & amissionis Officiorum, ac privationis Beneficiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum poena ipso facto, etiam absque alia sententia declaratoria incurrenda.

§. 15. Et quia alias Canonicatus, & Praebenda Saecularis, & Collegiatae Ecclesiae Sanctae Mariae Oppidi Tongrensis, Leodien. Diocesis per obitum q. Lamberti Lens ultimi illorum possessoris Mense Januario 1652. vacantibus, de quibus prius per Coadjutoriam cum futura successione ad favorem tunc in humanis agentis Francisci Fresart. a similibus rec. Innocentio PP. X. praedecessore pariter Nostro canonice provisum fuerat, tunc existens Decanus, seu Vice-Decanus dictae facultatis Artium, Canonicarum, & Praebendam huiusmodi tamquam in Mense eidem facultati assignato vacantes, cuidam Petro per Notarium, & ab hac Sancta Sede illico reprobatum abusum conferre, ipseque Petrus, ut collationem huiusmodi sibi sic nulliter, & invalide factam tueretur, & ad effectum deduceret non solum dictum Franciscum, ad cuius favorem Coadjutoria praefata emanaverat, eiusque in Canonicatu, & Praebenda huiusmodi Successorem Apostolica pariter auctoritate provisum, sed etiam Capitulum eiusdem Collegiatae Ecclesiae Sanctae Mariae Tongrensis coram Conservatore Privilegiorum dictae Universitatis citare, & ad Iudicium vocare, ipseque Conservator ad diversos actus, sententias, & Decreta, illorumque executionem nulliter, & de facto procedere, ac ipsos Provisos Apostolicos, & Capitulum, spretis inhibitionibus a Iudicibus Apostolicis, & praesertim a

Ipsi Conservatores ex Officio sibi eligant, & deputent quoscumque Iustitiae Ministros.

Accurate servent, quae circa eorum Jurisdictionem sunt statuta in literis Pauli V.

De causis beneficiarum, de quibus per Coadjutorias cum futura successione provisum fuerit, & providebitur etiam si beneficia per obitum vacant in Mensibus d. Universitatis reservatis nullatenus cognoscant.

Nullus Provisos Apostolicos per huiusmodi Coadjutorias cum futura successione ad Iudicium coram d. Conservatoribus trahere audeat, prout in rub.

Poenae adversus contravenientes.

Declarat nulla, irrita, & attentata nonnulla acta a Decano, seu Vice-Decano d. Universitatis.



prædicto Caesarum Palatii Apostolici Auditorii emanatis multipliciter vexare, multisque detrimentis, & dispendiis afficere præsumperunt: Ideo collationem hujusmodi eidem Petro a d. Decano, seu Vice-Decano factam, omniaque, & singula præmissa, & alia qualibet inde quomodocumque secuta ab ipso initio penitus, & omnino nulla, invalida, & de facto præsumpta, & attentata fuisse, esse, & fore, nullumque Jus in eisdem Canoniatu, & Præbenda, seu ad illos dicto Petro competisse, aut competere, sed etiam prædictum Capitulum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Tongrensis contra dictum Petrum jura sua ad consequendam refectionem, & restitutionem omnium, & singulorum damnorum, & detrimentorum, quæ præmissorum occasione accepit, & passum est, experiri posse ad abundantiorum cautelam dicta auctoritate harum serie declaramus.

§. 16. Ut autem Beneficia Ecclesiastica ad quæ nominare, & quæ conferre Universitati, & facultati Artium prædictis respective per Privilegia supradicta concessum fuit, æqua lance pro uniuscujusque meritis distribuantur, & abusus quidam quo plures, quam antiquitus consuetum erat, ad Concilium dictæ facultatis, ut majoris taxæ beneficalis capaces fierent, admittebantur, e medio tollatur: Volumus servari numerum ab antiquo statutum, nempe quadraginta octo Personarum, quæ sint de Concilio ejusdem facultatis Artium, ad quod si contingat assumi aliquem, seu aliquos ex Rectoribus Parochialium Ecclesiarum Oppidi Lovaniensis caveatur efficaciter ne per assumptionem hujusmodi impediatur exercitium curæ animarum; nec quisquam acceptare possit Beneficium, cujus vacatio contigerit, antequam nominationi foret locus, ut nec Beneficium non Curatum, quod ante factam nominationem vacaverit.

§. 17. Et quoad Beneficia Curata, ut melius animarum saluti prospiciatur, illorum provisionem a quibusvis eorum Ordinariis Collatoribus ad mensem a die eorum vacationis computandum differri debere statuis, & ordinamus; Ac Privilegia Universitatis, & facultatis prædictarum benigne ampliando harum serie concedimus, & indulgemus, ut mense hujusmodi durante per eandem Universitatem, & facultatem Artium nominationes ad illa respective, servata ceteroquin eorumdem privilegiorum forma, & dispositione fieri, ipsaque Beneficia Curata a nominatis acceptari possint, etiam si ante nominationem, cui jam locus sit, eorum vacatio evenisset; ita scilicet ut si aliquis, etiam senior Magister facultatis Artium, vel aliquis existens de Concilio Universitatis ad tale Beneficium Curatum ante illius vacationem nominatus fuerit, illud non prius acceptare permittatur, quam judicio facultatis, vel Universitatis respective fuerit iudicatus bene idoneus: Salvo nihilominus examine per Ordinarium faciendi, prout per prædictas Gregorii XIII., & Pauli V. prædecess. literas expresse cautum reperitur.

§. 18. Præterea abusus illum circa Beneficiorum præsertim incompatibilium pluralitatem antehac introductum omnino recidere cupientes, statuimus, ut nemo possit deinceps simul, vel successive vigore Privilegiorum sive facultati Artium, sive Universitati hujusmodi concessorum plures Canoniciatus, & Præbendas, aut plura Beneficia Curata, vel Canoniatum, & Præbendam, ac aliud Beneficium Curatum pacifice obtinere.

§. 19. Si tamen aliquis post Parochialem Ecclesiam, vel Canoniatum, & Præbendam tenuis

redditus anni vigore Privilegiorum hujusmodi pacifice obtentam, vel obtentis, ob eminentiam doctrinæ assumptus fuerit ad legendum, aut regendum in aliquo Pædagogio, seu Collegio dictæ Universitatis, aut ad aliam publicam Academicam functionem, ex speciali gratia indulgemus, ut possit talis adhuc vigore Privilegiorum prædictorum Canoniatum, & Præbendam vel Beneficium Curatum obtinere, priori Beneficio prius libere in manibus nostris, seu Romani Pontificis pro tempore existentis dimisso, nisi dispensationem super illius retentione ab hac S. Sede obtinuerit.

§. 20. Nemo quoque possit eodem anno vigore Privilegiorum hujusmodi duo Beneficia simplicia non requirentia residentiam pacifice cum fructu acceptare, nisi secundum petat pro finali provisione; & qui prætetendit unum, & unam ex Canoniciatus, & Præbendis Cathedralium, ac Insulensis Beatæ Mariæ Aquisgranensis, Tongrensis, Harlebacensis, Sancti Servatii Trajectensis Oppidorum, vel Sancti Dionysii, aut Sancti Joannis, vel Sancti Pauli Civitatis Leodien. Collegiatarum Ecclesiarum respective, non possit obtinuisse plusquam unum Beneficium simplex; Qui vero unum ex Canoniciatus, & Præbendis inferioribus, vel Parochialem Ecclesiam, non possit obtinuisse plusquam duo; Nemo denique unquam ultra tria Beneficia, etiam residentiam non requirentia, obtinere valeat, etiam ex parte diversi Privilegii Universitatis, & facultati Artium hujusmodi respective concessi.

§. 21. Cæterum non intendimus per præmissa taxam Beneficiorum, ad quæ nominationes vigore Privilegiorum prædictorum fieri possunt ullo modo ampliare, sed circa taxam hujusmodi ipsorum Privilegiorum dispositionem, etiam quoad Canoniciatus, & Præbendas, aliave Beneficia supra expressa, quatenus illorum fructus, redditus, & proventus eandem taxam excedant, omnino servari volumus.

§. 22. Ut autem Beneficiorum unicuique collatorum, seu ad quæ unusquisque jam nominatus fuerit, notitia facilius habeatur, teneatur unusquisque intra terminum unius Mensis Beneficia jam obtenta annotari curare in libris dictarum Universitatis, & facultatis Artium respective, in quibus nominationes ad Beneficia, ac Collationes Beneficiorum per eandem Universitatem, & facultatem Artium respective pro tempore factæ annotantur, seu registrantur, ac de jam obtento, seu obtentis Beneficiis in secunda, vel tertia provisione, seu nominatione mentionem facere; Pensionibus quoque ex causa resignationis Beneficii vigore Privilegiorum prædictorum obtenti Resignanti reservatæ in eisdem libris pariter annotari, & de illis in posterioribus nominationibus, seu provisionibus mentio fieri debeat.

§. 23. Et quatenus aliquis compositionem, sive concordiam super Beneficio sic obtento cum Adversario jam iniverit, aut quomodocumque in futurum ineat, per quam aliquid sibi in compensationem Beneficii dimissi præstitum fuerit, aut præstetur, id in libris prædictis pariformiter annotetur, habeaturque pro una provisione ei jam facta, itant eo pauciores nominationes, sive collationes Beneficiorum ab Universitate, seu facultate Artium præfatis respective præterdere, seu petere valeat.

§. 24. Quia vero Privilegia prædicta in favorem illorum, qui literarum studiis in dicta Universitate operam navant, ab hac Sancta Sede

Provisus de aliquo Canoniatu, & Præbenda vel Parochiali Ecclesia tenuis redditus possit a d. Universitate de alia Parochiali, vel Canoniatu provideri priori dimisso in manibus Papæ, nisi dispensationem super retentione utriusque obtinuerit.

Nemo vigore dd. privilegiorum possit duo Beneficia simplicia cum fructu acceptare nisi secundum petat pro finali provisione.

Prætendens unum Canoniatum, & Præbendam in certis Ecclesiis prout in rubrica nequeat obtinuisse plusquam unum Beneficium simplex.

In aliis Ecclesiis, vel Beneficium curatum præterdens non possit obtinuisse plusquam duo simplicia.

Nemo ultra tria Beneficia simplicia obtinere valeat etiam ex parte diversi Privilegii d. Universitatis concessi.

Taxa Beneficiorum, ad quæ hujusmodi nominationes fieri possunt servari mandat.

In libris dd. Universitatis annotantur nominationes, & collationes Beneficiorum factæ & de obtentis in 2. & 3. provisione, vel nominatione mentio fiat.

In eis etiam fiat mentio de pensionibus ex causa resignationis Resignanti reservatæ, & de illis in posterioribus nominationibus, vel provisionibus mentio fieri debeat.

Item de pensionibus ex causa Compositionis, vel Cõcordiæ dimittenti Beneficium reservata, ut habeatur pro una provisione.

Abusus in Beneficiis, ad quæ d. Universitas ex privilegio Apost. nominare, & conferre solebat, refertur.

Statuitur numerus personarum Concilii d. Universitatis, & quomodo Rectores Parochialium ad illud sint assumendi.

Nemo possit acceptare Beneficium vacans antequam sit factus locus nominationi.

Provisio quoad Beneficia curata differri debet per mensem a die eorum vacationis.

Durante dict. mense possit Universitas nominare.

Nominatus nequit Beneficium curatum acceptare nisi a iudicio d. facultatis, vel Universitatis fuerit idoneus reputatus, salvo examine per Ordinarium faciendi.

Abusus quoad pluralitatem Beneficiorum.

Nemo deinceps plura Beneficia incompatibilia simul, vel successive vigore dd. privilegiorum possit obtinere.



Nemo ad beneficium possit nominari, aut ei conferri qui saltem per annum integrum in eadem Universitate non resederit ibique scholas frequentaverit.

D. Universitas non potuit nominare ad beneficia vacantibus Sedibus Archiepiscop. & Episcop. aut Praelaturis Collatorum Ordinariorum vacantibus.

Ex speciali gratia quando ad hujusmodi beneficia vacantia nominare possit.

Hujusmodi nominationes connumerari debent inter illas, quas vita, Praelatura, & administratione Praelati successoris durante eadem Universitas facere possit.

Provisio beneficiorum vacantium intra semestre a die sequente vacationis Sedis Archiepiscop. Episcop. vel Praelaturae reservatur S. Sedi.

Probatio super non excessu personalis fieri possit per 2. testes juratos, cum juramento nominatorum. Hac contrariam probationem non excludat.

Dat. Internuncio, seu Nuncio facultate quolibet decennio duobus benemeritis de d. Universitate licet redderint, ut licet redditus annuus, ultra

emanasse noscuntur, volumus insuper, & ordinamus, ut nemo sive ab Universitate, sive a facultate Artium hujusmodi ad Beneficium quodcumque nominari, nec Beneficii cujusvis collatio ei fieri possit, qui saltem per annum integrum in eadem Universitate non resederit, ibique scholas frequentaverit, & studia hujusmodi diligenter profecutus fuerit.

§. 25. Porro licet ex privilegiorum supradictorum tenore minime liceat facultati Artium, & Universitati praedictis ad Beneficia, quae Sedibus Archiepiscopalibus, sive Episcopalibus, aut Praelaturis collatorum Ordinariorum vacantibus vacare contingit, nominare, & quidquid secus antehac factum fuit, id nulliter, & invalide factum fuerit, prout memoratus Clemens IX. Praedecessor per literas suas praedictas declaravit; quia tamen Ecclesiarum, seu Praelaturarum hujusmodi provisiones interdum diu differuntur: ex speciali gratia concedimus, & indulgemus, ut in posterum nominationes ad Beneficia quae post elapsum semestre a die quo sedium Archiepiscopali, seu Episcopali, aut Praelaturarum hujusmodi vacatio secuta fuerit, vacare contigerit, per eandem Universitatem, & facultatem Artium respective servata caeteroquin tam praedictorum Privilegiorum, quam praesentium literarum forma, & dispositione fieri libere, & licite valeant: Ita tamen ut nominationes hujusmodi connumerentur inter illas, quas vita, Praelatura, & administratione Praelati successoris durante facere possent; ipseque Praelatus successor non amplius gravetur, quam gravaretur si Beneficia hujusmodi, ad quae Sede, vel Praelatura vacante, facta fuerit nominatio, eo jam Sedem, seu Praelaturam obtinente vacare cepissent.

§. 26. A nominationibus vero ad Beneficia hujusmodi, quae intra semestre praedictum a die secuta vacationis Sedis, vel Praelaturae vacare contigerit, tam Universitatem, quam facultatem Artium hujusmodi omnino abstinere volumus, ipsorumque Beneficiorum, collationem, promissionem, & omnimodam dispositionem ad Nos, & Sedem Apostolicam praedictam pleno jure spectare, & pertinere declaramus.

§. 27. Et quia probationes super non excessu taxae personalis per Privilegia praedicta praescriptae, quas ad Beneficia eorumdem Privilegiorum vigore nominati facere debent, ab iis concludenter fieri plerumque vix possunt; eisdem pro tempore nominatis harum serie indulgemus, ut taxam personalem hujusmodi per duos testes juratos, etiam jam domesticos de publica voce, & fama deponentes cum juramento, ipsorum nominatorum probare possint, ita tamen, ut haec probatio contrariam probationem non excludat.

§. 28. Caeterum quamvis Privilegia praefata praecipue ad illos, qui studiorum labores in Universitate praedicta sustinuerunt, in iisque juventutis annos consumpserunt, inopie aërumnis praesertim in senecta aetate eximendos concessa fuerint, nihilominus etiam aliis opulentioris fortunae, qui docendo, aut regendo benemeriti fuerint praemia non deesse cupientes, praefato Carolo Antonio Moderno, & pro tempore excellenti Nostro, & Sedis praedictae in Belgicis Ditionibus Internuncio, seu Nuncio cujuslibet decennii spatio duobus ex parte facultatis praedictarum respective, qui docendo, seu regendo benemeriti fuerint, bonumque pietatis, & doctrinae, ac peculiaris erga hanc Sanctam Sedem observantiae specimen dederint, ut licet redditus annuus supra taxam personalem per privilegia

praedicta praescriptam possideant, nihilominus eorum singuli ad unum tantum Beneficium Ecclesiasticum, in quo condigne valeant residere, nominati, & vigore nominationum hujusmodi Beneficia, ad quae nominati fuerint, acceptare, ac consequi, & obtinere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia perinde acsi redditus annuos supra taxam personalem hujusmodi minime possiderent, auctoritate nostra Apostolica concedendi, & indulgendi plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate harum serie tribuimus, & impertimur.

§. 29. Praemissa autem omnia, & singula a nobis statuta, decreta, mandata, & ordinata ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè servari volumus, ac sub expressa lege, & conditione illa, & alia quaecumque per hanc Sanctam Sedem in posterum statuenda, & ordinanda, ac Universitati, & facultati Artium praedictis praescribenda, & injungenda exacte, & accurate servandi, suspensionem Juris, & facultatis ac Indulti conferendi Beneficia in Civitate, Patria, & Diocesi Leodien. consistentia in mensibus dictae facultati Artium per supradictas Pauli V. praedecessoris literas concessis vacatura a praedicto Clemente IX. Praedecessore ad suum, & Sedis Apostolicae Beneplacitum factam ut praefertur dicta auctoritate eorumdem tenore praesentium relaxamus, & revocamus, ac ex nunc revocatam fore.

§. 30. Praesentes vero literas, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod Rector, Magistri, Doctores, alique Gradui, & Scholares, ac Conservatores privilegiorum Universitatis praedictae, & praesertim Decanus, seu Vicedecanus facultatis Artium hujusmodi, ac Receptor, & Procuratores quatuor Nationum ejusdem facultatis, & alii quilibet quacumque Ecclesiastica vel mundana dignitate, vel potestate praediti, & fungentes, cujusvis status, gradus, Ordinis, praerogativae, conditionis, & qualitatis existant, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, in praemissis, seu eorum aliquo jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non confenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque Causae propter quas praesentes emanarint sufficienter deductae, verificate, & justificate fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis legitima, & juridica, ac pia, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, nullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium, seu habere praetendentium consensus, aliove quolibet, quantumvis magno, formali, substantiali, ac incogitato, & inexco-gitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, limitari ad viam, seu terminos Juris, aut Privilegiorum dictae Universitati, ejusque facultati Artium quomodolibet concessorum reduci, aut in controversiam vocari, seu adversus ipsas praesentes literas aperiens oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu intentari, aut impetrato, vel etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos quovis modo spectat, & spectabit in futurum in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè observari.

taxam personalem possidentibus possit aliud beneficium pro singulis conferri.

Mandat observantiam omnium supradictorum, & Decretorum.

Sub hac expressa lege, & conditione servandi omnia supradicta, & in posterum statuenda; Pontifex revocat suspensionem a Clemente IX. factam Juris, ac Facultatis, & Indulti conferendi beneficia.

Supplet omnes defectus.

Mandat praesentes literas semper validas, & efficaces esse, ac fore.



Decretum irritans.

Amplissime quibuscumque contrariis derogat.

§. 31. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, dictæque Universitatis Privilegiorum Conservatores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncios, & Internuncios, aliosque quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quacumque Causa, & Instantia judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane quicquid secus super his quacumque auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 32. Non obstantibus prædictis Clem. IX. prædecessoris literis, ac de Jure quaesito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, cæterisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus necnon quatenus opus sit Universitatis Lovanien. & facultatis Artium hujusmodi, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac Romanæ Curie, aliisque quibuslibet styli, & usibus etiam iquantumvis antiquis, & inveteratis; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis Universitati Lovanien., ejusque facultati Artium hujusmodi, ac earum respective Rectoribus, Magistris, Doctoribus graduatis, Scholaribus, Decanis, Vicedecanis, Receptoribus, Procuratoribus Nationum, facultatibus, Conservatoribus Privilegiorum, & suppositis, & Personis quibuslibet, aliisve quibusvis quomodolibet numeratis, & qualificatis per memoratos Martinum V. Eugenium IV. Paulum II. Sixtum IV. Alexandrum VI. Leonem X. Adrianum VI. Clementem VII. Paulum III. Pium IV. Greg. XIII. & Paulum V. aliisve forsitan Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem prædictam etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, seu etiam ad Imperatoris, Regnum, Reginarum, Archiducum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque quorumlibet, quavis Ecclesiastica vel mundana dignitate, præcellentia, & potestate fulgentium instantiam, feu eorum intercessione, vel contemplatione sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis mentis attestationis restitutivis, posteriorem datam eligendi facultatem, quam nemini contra præsentis literas suffragari volumus continentibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac etiam pluries, ac quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, iteratis, & innovatis etiam in iisdem literis, inter alia caveatur expressè, quod illis per quascumque Apostolicas etiam in forma Brevis, & sub nomine Camerae Apostolicæ pro tempore expeditas, seu dictæ Sedis, ejusque Legatorum, aut Nunciorum literas etiam quoslibet generales, vel speciales etiam derogatoriis derogatorias, aliisque efficaciores, & insolitas clausulas, necnon irritantia, & alia Decreta in se continentibus, & sub quibusvis verborum formis, & expressionibus conceptas derogari nullatenus possit, nec derogatum censeatur, nisi earumdem literarum tenor de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertus, ac urgens, & sufficiens Causa expressa, & per trinas distinctas literas, illarum tenorem continentibus tribus distinctis vicibus cum trium mensium intervallo prædictæ

Universitati legitime intimata, & insinuata, ac derogationes ipsæ, Motu, & scientia similibus factæ fuerint, appareatque Romanum Pontificem illis expressè derogare voluisse, & aliter pro tempore factæ derogationes nullius roboris, vel momenti sint, & nemini suffragentur, ac pro infectis, & non concessis haberi debeant.

§. 33. Quodque Rector, Doctores, Magistri, Scholares, cæterique legentes dictæ Universitatis, seu alia illius personæ quæcumque, vigore quarumcumque literarum, à Sede prædicta, seu illius Legatis, Delegatis, & subdelegatis, aut alias quomodolibet emanatarum, & concessarum in quibusvis eorum causis civilibus, criminalibus, & mixtis extra muros dicti Oppidi Lovanien. in prima instantia trahi, citari, vel conveniri, aut alias ad iudicium evocari non possint, dummodo coram aliquo ex Conservatoribus prædictis in dicto Oppido parati sint quibuscumque poscentibus de Justitia respondere, sed ipsi Rector, Doctores, Magistri, & Scholares Adversarios suos, dummodo Sedis prædictæ officiales, aut in Romana Curia præsentibus non sint coram aliquo ex iisdem Conservatoribus trahere, convenire, & ad iudicium evocari facere in prima Instantia, ut præfertur, libere, & licite valeant. Quibus omnibus, & singulis etiam in eis alia quacumque etiam de necessitate specificè exprimenda contineantur, & pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, occasiones, & causas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas præsentibus pro plene, & sufficienter, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertis, & expressis, ac exactissime adductis, & accuratissime servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum derogamus, Nosque ex urgenti, & sufficienti causa derogare, & derogatum velle declaramus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 34. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem profus fides in iudicio, & extra illud ubique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si originaliter exhibitæ forent, & ostensæ. Utque eadem præsentis literæ, seu earum transumpta, sive exempla hujusmodi ad valvas Cathedralis Leodien., ac Sanctæ Mariæ Tongrensis, & Sancti Petri Lovanien. Oppidorum Collegatarum Ecclesiarum publicentur, & affigantur, sicque publicatæ, & affixæ Rectorem, Magistros, Doctores, Scholares, Decanum, Vicedecanum, Conservatores, & alios præfatos, cæterosque quos quomodolibet concernunt, & concernent in futurum perinde afficiant, & arctent, ac si illorum cuilibet personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Octobris 1673. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Placet E.

I. G. Slusius.

Registrata in Secr. Brevium mensis lib. 4. diversorum fol. 107.

Persona d. Universitatis in quibusvis eorum causis extra muros Oppidi Lovanien. in 1. instantia trahi, citari, vel conveniri non possint, prout in rub.

Suos Adversarios in 1. instantia coram Conservatoribus trahere possint dummodo S. Sedis Officiales aut præsentibus in Curia non sint.

Omnibus de necessitate specificè exprimentibus in contrarium pariter derogat.

Transumptorum fides.

Præsentium literarum publicatio.

Edit. 10. Oct. 1673. An. 4.